



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

XXVII. Barthold und Alverich von Redichsdorf verkaufen den Dienst von einem Hofe in Neuenkirchen an dessen Besitzer, am 23. Nov. 1313.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

frederico et domino Gheuehardi (sic) de Aluenfleue, domino Heinrico Schenken, domino Droysekone, domino de koningemark Ottone, quorum vs̄ sumus consiliis in hac parte. Datum anno domini Millefimo Trecentesimo XIII<sup>o</sup> in Werbelino, jn die beati Jacobi apostoli.

Fehlerhaft in Gercken's Fragm. I, 52.

**XXVII.** Barthold und Alverich von Redichsdorf verkaufen den Dienst von einem Hofe in Neuenkirchen an dessen Besizer, am 23. Nov. 1313.

Nos fratres dicti de Redingefeldorp, bartoldus et aluericus, recognoscimus — Quod nostri fratres seniores, bruningus et Meinardus, vendiderunt cuidam burgenfi in Werben, Hinrico dicto de brizike et mechtildi vxori sue necnon et eorum filiis hinrico et Johanni et singulis quoque eorum heredibus seruicium, quod nobis predicti debebant de curia Nienhoue a parte iurisdictionis similiter et de agro iuxta prenotatam curiam sito, pro XIII marcis argenti. Attamen nos fratres memorati bartoldus et Aluericus, aliquamdiu huic vendicioni consentientes minime, sed magis ipsius hinrici de brizeik Heredes pro huiusmodi seruicio infestauimus. Nunc autem ad nos fratres ordinis hospitalis s. ioh. videlicet Johannes et Jacobus et sepedicti heredes venere nobisque tantum fauoris et muneris erogarunt, quod ipsos omnimode de prenotato seruicio damus et reddimus supportatos et liberos et de agrorum dictorum censu. Insuper si contingeret, quod dicti heredes aliquo modo essent hec bona, de quibus sepe mentio est orta, vendituri, nobis primo et principaliter pro tanta pecunie summa, quanta a nobis emerunt sub emptionis nomine, debent similiter exhibere et nos eciam, si nobis predictis fratribus bartoldo et aluerico nostra bona predictae curie adiacencia vendere contigerit, predictorum heredibus debemus primitus, si volent emere, exhibere. Huius vero testes sunt geuardus de wansleue, jacobus poswalk, dominus godekinus de nizow plebanus, Johannes de brandenburg, boldewinus et frater eius, hinricus Westual. — Actum et datum nizow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>. in die clementis martyris.

**XXVIII.** Ludwig, Bischof in partibus infidelium, verleiht der Kirche zu Hindenburg einen Ablass, am 28. April 1316.

Frater Lodewicus, dei gr. Marromensis ecclesie episcopus — Desiderantes domino reddere populum acceptabilem quasi quibusdam allectiuis muneribus, jndulgentiis videlicet et remissionibus, inuitamus, vt exinde diuine gracie reddamur aptiores. Omnibus igitur vere penitentibus et confessis, qui ad Ecclesiam parrochiam beati johannis baptiste in hinnenburg causa deuocionis et oracionis acceperint et missam ibidem audierint jn principalibus festiuitatibus videlicet in Natiuitate cristi, Resurrectionis, ascensionis et pentecostes et omnibus sollempnitatibus gloriose virginis Marie omniumque sanctorum et per octauas harum sollempnitatum nec non qui pro fidelibus defunctis orando cimiterium circumierint similiter in anniuersario die dedicacionis eiusdem ecclesie aut presbitero corpus cristi deportanti ad infirmos deuotam fecerint comitiuam vel alias quocunque modo prefate ecclesie manus suas porrexerint adiutrices, Nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eorum (sic) meritis et auctoritate confisi, quadraginta dies indulgencie de iniunctis sibi penitentiis et